

ralis dictæ Congregat. in actu dimissionis e Congregat. itaut eadem Congregatio non conferetur propterea in numero Ordinum Religiosorum, sed esset de corpore Cleri secularis, & alias prout in nostris in simili forma brevis literis die 22. Septemb. 1655. desuper expeditis, quorum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dictus Vincentius Nobis nuper exponi fecit, circa observantiam dicti voti simplicis paupertatis in Congregatione præfata multæ oriri possent difficultates, quæ ipsam Congregationem turbarent, nisi opportune super hoc a Nobis provideatur; Et propterea idem Vincentius Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret statutum fundamentale memoratæ Congregationis circa paupertatem editum tenoris, qui sequitur. Omnes, & singuli in nostra Congregatione dictis quatuor votis emissis, recepti, qui bona immobilia, vel beneficia simplicia possideant, aut in futurum possidebunt, sicut dominium illorum omnium retineant, eorumdem tamen usum liberum non habent, itaut neque fructus ex huiusmodi bonis, vel Beneficiis provenientes retinere, neque in proprios usus, sine licentia superioris, quicquam convertere possint, sed de iisdem fructibus, cum facultate, & arbitratu dicti superioris in pia opera disponere tenebuntur. Si autem parentes, aut propinquos indigentes habuerint, superior curabit, ut suorum necessitatibus ante omnia de huiusmodi fructibus in Domino subveniant.

§.3. Nos ipsum Vincentium Superiorem Generalem amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii interpretum consilio, statum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas &c. existere, & fore &c. Sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.5. Non obstant. præmissis, ac omnibus, & singulis illis, quæ in præd. Lit. volumus non obstare, cæterisque contrariis quibusc.

§.6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, manu &c. sigillo Superioris Gen. Congr. præfate &c. eadem prorsus ubique locorum fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Statutum collatum S. Pontifici Vincenti de Paul.

Statutum præinsertum confirmat S. Pontifici.

Decretum irritans.

Contraria refellit.

Transumptum fides.

Ex Reges. in Secret. Broc.

Confirmatio Decreti Congreg. Episcoporum & Regul., quo eadem Congreg. injungit Commissario Generali Curie Ord. Min. S. Francisci de Obser., ut aliud Decretum d. Congreg. omnino exequi mandet super negotio præsentis erectionis Custodiæ Recollectorum Lotharingiæ, & perpetuum silentium imponendum; Ejus autem Conventus, & Domos sub obedientia, & gubernio Provinciæ Franciæ Parisien. omnino redigen., & subicien.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§.1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Leo le Febure Minister Provincialis, & Fratres Provinciæ Franciæ Parisien. Ord. Frat. Min. S. Franc. de Obser. nuncupatorum, quod alias pro eorum parte Ven. Frat. nostris S. R. E. Card. negotiis, & consultat. Episc. & Regularium præpositis exposito, quod licet eisdem Card. per eorum Decretum die 9. Novembris 1657. emanatum audita relatione Procurator. Gen. dicti Ordinis eaque attenta mandasset, dilectum pariter filium Bonaventuram Hocquard prædicti Ord. Fratrem super illis, quæ ipsis Cardinalibus exposita fuerant, de cætero non audiri; Et quoniam ipse otiose, & absque ulla subjectione in Curia morabatur, eidem Procuratori Generali commississet, quatenus illi injungeret, ut quamprimum ad suam Provin. rediret, & interim de Conventu non exiret absque licentia præfati Procuratoris, & Socio ab eodem assignando, quibuscumque non obstantibus, dictus Bonaventura nihilominus non solum eidem Decreto non obtemperaverit, sed etiam ad Capit. Gen. d. Ordinis ire ausus fuerit, suffragiumque tacito præfato decreto quasi Custos dederit; imo contra idem Decretum, quo a Curia Romana ejectus fuerat, & remissus ad suam Provinciam, non redierit ad eandem Provinciam, sed Romam venerit: Ideoque per eosdem Exponentes prædictis Card. supplicato, ut prædictum decretum exequi mandarent, silentiumque perpetuum præsentis erectioni Custodiæ S. Nicolai Recollectorum, nuncupatorum in Lotharingia imponendo, necnon ejus Conventus, Domos, seu Hospitia obedientiæ, & gubernio Ministri Provincialis d. Provinciæ Franciæ Parisien. Reformatæ subiciendo: emanavit a Congregat. memoratorum Cardin. Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregat. Eminentiorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & audita relatione Commissarii Gen. Curie Ordinis huiusmodi, committendum, & injungendum censuit, prout harum serie committit, & injungit eidem Commissario, ac omnibus aliis dicti Ordinis Superioribus Regularibus, ad quos spectat, vel spectare poterit, ut præ-

Supplicatio.

Decretum emanatum a Congr. Card.

insertum Decretum omnino exequi, & effectum fortiri mandent, & præcipiant super negotio præsentis erectionis d. Custodiæ Recollectorum nuncupatorum Lotharingiæ, Fratrem Bonaventuram, Hocquard de cætero non audien.; imo eidem negotio perpetuum silentium imponendum; ejus autem Conventus, & Domus sub obedientia, & gubernio Provinciæ Franciæ Parisien., omnimodo redigen., & subicien. contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 2. Maii 1659.

M. Cardinalis Ginnettus.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dicti Exponentes Decretum præinsertum Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§.3. Decernentes easdem præsentibus Literas firmas, validas &c.; Sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Decretum præinsertum confirmat, & approbat.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

CCLIII.

Indultum, ut Complutensis Academia recitare possit officium S. Thomæ de Villanova sub ritu dup. 2. classis cum Oct.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§.1. Manavit nuper a Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Ritus præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Rituum Congregatio Rectoris Collegium majorum Collegii S. Idelphonis, ac aliorum Universitatis studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diocesis in Sanctum Thomam de Villanova Archiepiscopum Valentium piis votis benigne inclinatis, quod ibidem adipiscendis Facultatibus, iisdemque mox gradu decoratus interpretandis, ac edisserendis Sanctus idem operam navasset, ejusque Costa cum parte carnis, ut asseritur, asservetur (quibus causis permotus san. mem. Innocentius X. eidem Universitati indulgit, ut inibi posset de eodem Sancto tunc Beatitatis tantum titulo insignito officium recitari, ac Missa pariter celebrari) ut posthac Universita-

Supplicatio.

tis, ac Collegiorum eorumdem incolæ tam seculares, quam Regulares tanti Coolumni memoriam, quo solemniter celebrant, eo impensius imitentur, quotannis de eodem nuper inter Sanctos relato, eis officium duplex secundæ Classis cum Oct. reliquo autem Oppidi ejusdem Clero duplex majus sine Oct. recitandi facultatem tribuendam censuit. Die 19. Jul. 1659. Facta autem de prædictis Sanctiss. relatione, Sanctitas Sua annuit. Die 20. ejusd. mensis, eodemque anno 1659. I. Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus.

§.1. Cum autem sicut dilecti filii Rector, & Collegiales, & alii præd. Universitatis Studii generalis Complutensis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desiderent. Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis.

§.2. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædict. Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas &c. sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLIV.

Præcipitur omnibus de Universitate observari Statutum 64. de obedientia Rectori præstantia.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diocesis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apostolicæ immediate subiectæ Statuta dudum a bon. mem. Francisco dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinale Ximenez nuncupato auctoritate fel. rec. Alexandri Papæ VI. Prædecessi nostri condita unum extaret sub cap. Ix. incipiens.

§.2. Statuimus, & ordinamus, &c. in quo disponitur, teneri Lectores, Doctores, & Scholares juramentum obedientiæ deferre Rectori ipsius Universitatis, quod quidem juramentum præstandum est, antequam

Facultatem recitandi officium sub ritu duplici, &c. latam Octava S. Pent. Complut. Acad. concedit.

Decretum præinsertum approbat, &c. approbat.

Decretum irritans.

Dat. die 15. Aug. 1659. An. V.

Recenset Statutum olim emanat. Universitatis Complutensis.

quam prædicti de Universitate describantur in Matricula, alias privilegiis, & exemptionibus non gaudeant. Et in eadem expositione subiuncto, quod sæpius nonnulli, qui prædictis privilegiis uti prætendunt, nihilominus se in matricula describi non faciunt, ne cogantur præstare iuramentum Obedientiæ, ideoque supplicato, ut caput hoc Statutorum confirmaretur, & non observantes privilegiis prædictis minime gaudere declararetur: Emanavit a prædicta Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet, die 15. Maii 1658. Sacra Congregatio Eminentiss. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Statutum Academiæ Complutensis in præcitato Capitulo 64. de obedientia Reçtori præstanda ab omnibus, &c. confirmatum a Sede Apost. esse observandum F. Cardinalis Paulinus Præfectus.

Statutum de
cretum Apost.
auctoritate
confirmat.

§.2. Cum autem sicut prædicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, et observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summopere desiderent: Nos specialem. ipsi exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, &c. harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apost. tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salva semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decretum ir-
ritans.

§.3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas &c. observari, sicut in præmissis per quoscumque Iudices &c. definiti debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

Contraria tol-
lic.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 25.
Aug. 1659.
An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLV.

Declarantur pœnæ, quas incurrunt non observantes statutum 64. de obedientia Reçtori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

Alias pro parte dilectorum filiorum Reçtoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diocesis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apostolicæ immediate subiectæ Statuta adesset 64. tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.1. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Regentes, Cathedralitici, & alii quicumque Lectores, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalauræi, & Scholares universi hujus Academiæ, & Universitatis, cujuscumque qualitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præmiæntiæ existant, in omnibus, & singulis regimini, & gubernio Reçtoris nostri Collegii pro tempore eligendi perpetuo subiacent, teneanturque omnibus, & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis, ac Constitutionibus nostris non contrariis obedire.

Tenor Statuti
ab Universita-
te Compluten-
si emanat.

§.2. Et ad vocationem Reçtoris præfati toties quoties ab eo, vel ejus mandato vocati fuerint, convenire: Statuta, & Constitutiones nostras in omnibus, & per omnia inviolabiliter observare: Honorem, utilitatem, & dignitatem ipsius Collegii semper, & ubicumque fuerint procurare: Exemptionem, & libertatem ejusdem tueri. Quæ omnia, & singula antequam scribantur in matricula Universitatis infra sex dies a die electionis Reçtoris moderni computandos, si præsentis fuerint, vel infra alios sex dies postquam ad Universitatem venerint, teneantur sic jurare: Qui autem tale iuramentum non præstiterint, nullatenus gaudeant privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis, nec scribantur in Matricula, in qua scribi debeant nomina, & cognomina omnium, & singulorum personarum in eadem Universitate residentium, neque computentur, aut admittantur alicui cursus, quos peregerit antequam præd. iuramentum præstiterit, &c.

Pœna statum
tur contra in-
obedientes.

§.3. Et in eadem expositione subiuncto, quod cum ex Statuto huiusmodi iuramentum de exhibenda obedientia prædicta præstandum sit, qui vero illud non præstiterit, privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis nullatenus gaudere debeat: dubitaretur an inter privilegia, & prærogativas huiusmodi comprehenderentur stipendia debita ex gradibus conferendis, & actibus Universitatis, Cathedralisque moderandis, &c. Et an similiter vox activa, & passiva ad munia, & offic. Academiæ obeunda inter prærogativas, & privilegia prædicta computarentur; ideoque petita a prædictis Cardinalibus dubiorum huiusmodi declaratione, ut omnes in contrarium abusus de medio penitus tollerentur, emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequens, videlicet.

Sequuntur
pœnæ.

§.4. Die 26. Jul. 1659. Sacra Congregatio Eminentiss. DD. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum censuit, Propinas, & vocem activam, & passivam comprehendi inter prærogativas, & privilegia, de quibus in antedicto Cap. 64. Statutorum fit mentio. F. Card. Paulinus Præf.

Decretum
S. Cong.

§.5. Cum autem, sicut prædicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confir. nostræ præsidio roborari summopere desiderent: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum

Decretum præ-
insertum au-
thorit. apost.
confirmat, &
approbat S.P.

tum singulares personas a quibusvis &c. harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decretum ir-
ritans.

§.6. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas &c. Sicut per quoscumque Iudices ordinarios &c. irritum, & inane &c. contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apost. cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 25.
Aug. 1659.
An.V.

Datum Romæ apud S.M.M. sub annulo &c. die 25. Aug. 1659. Pont. nostri Anno V.

CCLVI.

Ex Regest. in
Secret. Brvo.

Declarationes sup. controversiis inter Procuratorem Generalem Ord. Minorum strictioris Observantiæ S. Francisci, ac Provinciale Prov. Rom. & Guardianum S. Francisci Transyberum de Urbe.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Illius, qui charitas est Deus pacis, vices, (licet immeriti) gerentes in terris, ad illa propensis studiis intendimus, per quæ dissidia inter Religiosos viros in humilitatis spiritu, & sub æstioris vitæ jugo Altissimi obsequiis mancipatis enata sopiantur, ut ipsi sub laudabili institutorum suorum, observantia quiete viventes, gratum divino Numini præstent famulatum.

Motiva.

§.1. Cum itaque inter dilectos filios Procuratorem Generalem Ord. Fratrum Minorum S. Francisci strictioris observantiæ nuncupatorum ex una, ac Ministrum Provinciale, & Definitorum Provincie Romanæ, necnon Guardianum Conventus S. Francisci Transyberum de Urbe ex altera partibus exorta sint controversiæ Nos eas dirimere intendentes, ut discordiarum semina tollantur, & pax inter Religiosos conservetur, de voto nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum, quibus negotium examinandum, ac Nobis referendum commissimus, Procuratorem Generalem prædictum nunc, & pro tempore existentem præter Secretarium prope habere duos socios ejusdem Ord. profectos ad suum beneplacitum diligendos, unum scilicet Sacerdotem, qui ei deferviat pro Scriba, & alterum Conversum, qui persona ipsius Procuratoris curam gerat; Ac eosdem socios teneri recognoscere d. Procuratorem Generalem in eorum immediatum Superiorem, non autem Ministrum Provinciale, vel Guardianum antedictos; Ad hæc spectare ad eundem Procuratorem Generalem retinere, vel dimittere Fratres forenses, qui ad negotia peragenda Romam veniunt eisque obedientiam dare quando ob tarditatem,

Quis faciendi
sit status.

vel dilationem negotiorum suorum, alia-ve de causa ad tempus in aliquo Conventu Provincie Romanæ commorari debent: Ministrum vero Provinciale debere huiusmodi Conventum suo arbitrio assignare, & illius Guardiani injungere, ut eos recipiat; Præterea huiusmodi forenses infra triduum sui ingressus in Urbem subesse in omnibus eidem Procuratori Generali duntaxat; elapso autem triduo, subiectos esse curæ Guardiani d. Conventus S. Francisci in his, quæ morum correctionem, & regularem disciplinam concernunt. Postremo Fratres forenses huiusmodi si quidem pro eorum propriis negotiis e d. Conventu S. Francisci exire voluerint, utique teneri licentiam, ac benedictionem obtinere tam a Procuratore Generali, quam a Guardiano ad præscriptum Decreti Capituli Generalis Toleti ultimo celebrati. Verum si Procurator Generalis uti voluerit operam ipsorum forensium pro negotiis ad officium suum spectantibus, eosque secum ducere, tunc non teneri d. licentiam, aut benedictionem petere a Guardiano, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus.

Decretum ir-
ritans.

§.2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas &c. sicut in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios &c. definiti debere, ac irritum, & inane si secus &c. contigerit attentari.

Contraria tol-
lit.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Provincie, & Conventus huiusmodi aliisve &c. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus &c. specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12.
Sept. 1659.
An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Sept. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLVII.

Confirmatio Decreti Congr. Episcoporum, & Regularium quo super controversia inter Secretarium Gen. ex una, & Secretarium Provincie Romanæ Ordinis Minorum S. Francisci de Obser. ex altera vertente, declaratur, jus præcedentiæ competere Secretariis Gen. Curie.

Ex Regest. in
Secret. Brvo.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. Alias pro parte dilectorum filiorum Secretariorum Gen. Curie Romanæ Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum, necnon Secretarii Provincie Romanæ ejusdem Ordinis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod inter prædictos Secretarios Gen. ex una, & Secretarium Provincie huiusmodi ex altera partibus exorta fuisset controversia super præcedentiæ, ad quem scilicet, seu quos illorum pertinere deberet, eidemque Congre-

S. C. declarat
jes preceden-
tia competere
Secretarii ge-
ner. Curia.

gregationi supplicato, ut controversiam hujusmodi dirimeret: emanavit ab ipsa Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac partibus, tam verbo, quam scripto in facto, & in iure informantibus, auditis, Eino Agallio referente, re diligenter, ac mature discussa, censuit, declaravit, & decrevit hujusmodi jus præcedentiæ competere Secretariis Gen. Curia, in contrarium allatis, & deductis pro parte Secretarii Provinciae Romanae non obstantibus quibuscumq. Romæ 11 Julii 1659. M. Card. Ginetus.

Quod confir-
mat S. Pont.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Ferdinandus de Ariona Frater expressè professus, ac Secretarius Gen. Familiae Ultramontanae Ordinis præfati in Curia memorata Nobis nuper exponi fecit, ipse decretum hujusmodi Apost. confirmationis nostræ patrocinio communi summo opere desideret: Nos eundem Ferdinandum specialibus favoribus, & gratis &c. a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censens, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Decretum ir-
ritatis.

§.3. Decernentes easdem præsentis Literas semper firmas &c. Sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiti debere, ac irritum, & inane, si secus &c. scien., vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarius
derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12.
Sept. 1659.
An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Sept. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLVIII.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Ut Episcopus Patavin., & alii Commendatarii Monasteriorum Congreg. Camaldulen. Ord. S. Benedicti Monastico Regimini se non ingerant &c.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Procurium.

Acrosancti Apostolatus Officium humilitati nostræ per abundantiam divinæ bonitatis commissum exposcit, ut Religiosorum virorum sub suavi regularis vitæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum paternam curam gerentes illos a gravaminibus indebitis tueamur, ac eorum commodis, & felici directioni quantum Nobis ex alto conceditur consulamus.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Petrus Ferraccius Abbas Generalis Con-

gregationis Camaldulen. Ord. S. Benedicti Nobis nuper exponi fecit, licet Sacri Concil. Trid. Decretis cautum reperitur, ut Priores Clausuales, aut in Prioratibus Conventuum habentibus Subpriors, qui correctiones, & Spirituale Regimen exercent, a Capitulis Generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur, nonnulli nihilominus Commendatarii quædam Monasteria Congregationis præfate in commendam obtinentes, & signanter Venerabilis Frater Georgius Cornelius Episcopus Patavin., qui Monasterium Abbatiam nuucupatum S. Mariæ de Vangadicia ejusdem Congregationis in commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione apostolica, ut asserit, obtinet, forsitan in vim Literarum Apostolicarum, super eorumdem Monasteriorum Commendis expeditarum, in quibus ipsorum Monasteriorum cura, regimen, & administratio tam in spiritualibus, quam in temporalibus plenarie committitur, jus instituendi, ac destituendi Priores, & Officiales Clausuales, necnon visitandi, corrigendi, statuendi, ordinandi, & exercendi ea, quæ institutum regulare concernunt, ad se spectare electionibus, & depositionibus Priorum, & Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam visitationibus, & Monachorum correctionibus sese ingerere, quinimo Superiores dictæ Congregationis Monasteria prædicta visitare, & reformare juxta ejusdem Congregationis Regularia Instituta cupientes repellere, & impedire prætendant, & præsumant, non sine gravissimo ipsius Congregationis, ejusque Monasteriorum præjudicio, & obervantiæ Regularis detrimento. Hinc est, quod Nos inconvenientibus hujusmodi remedium adferre, dictumque Petrum Abbatem Generalem specialibus favoribus, & gratis &c. & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, necnon Concilii prædicti Decretis, ac resolutionibus Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in similibus casibus antehac emanatis inherentes, dicto Georgio Episcopo, & aliis Commendatariis præfatis non licere Priores, Subpriors, aut Officiales Clausuales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates ipsis Commendatariis in Literis Apostolicis concessas, & expressas, prout supra, ad ea, quæ institutum regulare concernunt, & ejusdem Concilii dispositione Monastico Regimini relinquuntur, trahi posse, aut debere, apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, ac decernimus, & statuimus.

§.2. Quocirca dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis, five etiam Locorum Ordinariis, vel dictæ Congreg. Camaldulen. Conservatoribus per eandem præ-

Supplicatio.

Decretum ir-
ritatis.

Derogatio
Constitutionum

Transumptio-
rum fides.

Dat. die 19.
Sept. 1659.
An.V.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Procurium.

Supplicatio.

presentes injungimus, ut quotiescumque requisiti fuerint ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatarios per censuras, & alia juris remedia invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, cohibeant, & compescant; Salva semper in præmissis auctoritate Cong. eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas &c. sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiti debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac fere: Bonifacii Papæ VIII. Prædecess. nostri de una, & Concil. Gen. de duabus dietis &c. aliisque Apost., ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Concil. editis generalibus, vel specialibus Constit., & Ordinatis, necnon quatenus opus sit, Congreg., & Ord. hujusmodi &c. quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus &c. specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut eorumdem præsentium transumptis &c. eadem prout ubique locorum fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 19. Septembris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLIX.

Ordinationes super admissione Clericorum secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia ad vota simplicia, eorumque ad Ordines sacros promotione.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Acrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam impositum postulat, ut Congreg. Virorum in Ecclesia Dei pie, prudenterque institutarum, uberisque bonorum operum fructus assidue producentium statui, & utilitati opportunis rationibus consulere studeamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franc. Avias Præsb., aut Procurator Congr. Clericorum Secul. Doctrinæ Christi in Gallia, quod eadem Congregatio an. 1647. a fel. rec. Innoc. P. X. Prædecess. nostro per quasd. suas in simili forma Brevis literas, a Congreg. Cleric. Regul. de Somascha nuncupate separata, fuit, & pro futuris inde temporibus secularis remansit, atque ita, ut usque in hodiernam diem perseveravit; sed ex eo statu plurima passa est, & patitur incommoda; nam licet plurimi a præd. an. 1647. citra postulerint, & adhuc hodie postulant in eand. Congreg. Doctrinæ Christi admitti, allecti vita exemplari illius personarum, & assiduis pietatis officiis in Instit. docendi Do-

ctrinam Christi. tam in Missionibus, quam in Civitatibus, quibus indefinenter incumbit cum plurimo animarum fructu, ut publica fama est, & præter quamplurimis attestationibus authenticis tam Episcoporum, quam Civitatum in quibus ipsa Congreg. humaniores, sacraque literas in academiis publicis docet; sæpe tamen accidit, ut nonpauci nullis ligati vinculis perpetuis, postquam Congreg. hujusmodi plurimum temporis, & multas expensas in eis alendis, formandis, & educandis, tum in Instituto præfato, tum in scientiis acquirendis, consumpsissent, existimans se habere Operarios; qui possint attendere obligationibus, & exercitiis, quibus ipsa Congreg. ex Instit. incumbit, ab eadem Congreg. recedant, ipsaque Congreg. ex illo Operariorum discessu deinceps non levia sentiat detrimenta.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, universa Congregatio Doctrinæ Christi hujusmodi, quo incommodis, & detrimentis præfatis remedium adhibeatur, ipsaque Congreg. obligationibus suis satisfacere, & ex laudabili suo Instituto cum majori Operariorum numero animarum salutem, & cultura Vineæ Domini vacare valeat, se firmo aliquo stabilimento a Nobis muniri summo opere desideret: Cumque plures in dictam Congreg. a præfato an. 1647. usque in præsentem diem admissi fuerint, qui jam expleverunt in ea integram annum probationis, eoque expleto missi sunt a Superioribus in diversâ Collegia, & domos ejusdem Congregationis ad exercenda diversâ officia, a quibus revocare, & in unum locum eos omnes congregare ad novam annuam probationem faciendam esset admodum difficile, ut in eo faciundo præd. Congreg. grave damnum pateretur; Nobis propterea memoratus Franciscus sæped. Congreg. Doctrinæ Christi nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ejusdem Congregationis votis hac in re favorabiliter annuere cupientes, dictumque Franciscum a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, perspecta narratorum veritate, ac attentis, & visis per Ven. Fratres nostros S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositos mandatis specialibus, & liberis consensibus singulis domibus, & Collegiis præfate Congreg. Clericorum sec. Doctrinæ Christi in Gallia per secreta suffragia capitulariter præstitis ad infra scripta petenda, factis in persona d. Francisci Avias Sacerdotis, & Procuratoris ejusdem Congreg., auctoritate Apost. tenore præsentium benigne indulgemus pro majori stabilimento, & conservatione præfate Congreg., ut firmis mantentibus omnino secundum univèrsam tenorem fel. rec. Innocentii PP. X. Præ-

Perita gratia
& S. Pontificæ
conceditur.

D

decess. nostri literis in simili forma Brevis super negotiis præfate Congreg. emanatis sub die 30. Julii 1647. & servata non obstantibus quibuscumque in contrarium, a singulis ejusd. Congreg. tam præsentibus, quam futuris eadem omnino habitus forma, quæ de præfenti in omnibus suis Collegiis, & domibus utitur dicta Congreg., omnes tam, qui in eadem Congreg. post dictas literas jam sunt admissi, quam qui in futurum admittentur, expleto probationis anno, si idonei judicati fuerint, emittant tria vota simplicia obedientiæ, castitatis, & paupertatis, necnon votum, seu Juramentum in eadem Congreg. perpetuo perseverandi; non dispensandum, vel relaxandum a quocumque Indulto, nisi a solo Romano Pont., aut a Capitulo gen., vel Definitorio memoratæ Congreg., cum facultate, ut ejus omnes Clerici post vota omnia, & juramentum, ut supra, præstitum de licentia Præpositi Gen., vel Provincialis ad omnes Sacros, & Presbyteratus Ordines servatis servandis promoveri valeant ad titulum præfate Congreg., & ordinari a quocumque Catholico Antistite ad omnes Ordines cum solis Dimissoriis illius Episcopi, in cujus Diocesi existunt Collegia, seu Domus in quibus degunt de familia iidem Clerici, qui ad Ordines promoveri desiderant, contrariis quibuscumque non obstantibus; ita tamen ut Cap. gen. vel Definitorium minime dispenset, seu relaxet hujusmodi votum, seu juramentum alicui ex promotis ad Sacros Ordines, nisi sibi prius consiterit, etiam ex Literis testimonialibus Ordinarii loci eum aliunde habere unde commode sustentari possit. Quod si aliquis hujusmodi votis, & juramento, ut præfertur, emissis sine dispensatione, & relaxatione prævia recesserit a d. Congreg., eo ipso remaneat suspensus donec hujusmodi dispensationem, & relaxationem obtinuerit.

§.4. Præterea, ut omnes, qui a præd. an. 1647. usque in præsentem diem in dictam Congreg. fuerunt admissi, in eaque per annum integrum in probatione steterunt, postquam per alios duos menses in ead. probatione manserint in Collegiis, vel Domibus, in quibus ad præfens commorantur, si aliquoquin habiles inventi fuerint, ad tria vota simplicia, necnon ad votum perseverandi perpetuo in ead. Congreg., ut præfertur, admitti libere, ac licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis pariter indulgemus.

§.5. Decernentes easdem præfentes literas semper firmas &c. Sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.6. Quocirca Ven. Fratibus Archiepiscopis Avenionen., vel Narbonen., aut dilectis filiis eorum Officialibus per præfentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel eorum unus easdem præfentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro

Decretum
1659.

parte Clericorum secul. dictæ Congreg., seu alicujus eorum, aliorumve, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, fuerint requisiti, per se, vel alium, seu alios solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos ipsarum præsentium literarum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos a quoquam desuper indebite molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes censuris, & poenis Ecclesiasticis, aliisque juris, & facti remediis appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habent. servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secul.

§.7. Non obstantibus præmissis, necnon rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecess. nostri de una, & Concilii Gen. de duabus dictis &c. dummodo ultra tres dietas aliquis præsentium vigore in iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis &c. Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit, dictæ Congregationis ejusque Domorum, & Collegiorum hujusmodi, & aliis quibusvis &c. concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præfentibus &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu &c. eadem præfatus ubique locorum fides adhibeatur, quæ ipsismet præfentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Sept. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Contraria tollit.

Transumptum fides.

Dat. die 26. Sept. 1659. An. V.

CCLX.

Declaratio quod nullum jus, nec etiam cumulative competat Administratoribus, seu Superioribus Monasteriorum Parisien., & aliorum Monasteriorum Carmelitanarum Excalceataru Regni Franciæ visitandi dicta Monasteria, cum diversis Ordin. circa Visitatores &c.

Ex Regest. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastorale fastigium, nullo licet meritum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam evecti, inter gravissimas, multiplicesque curas, quibus assidue premimur, eam peculiari studio amplectimur, ut felici Sacrum Virginum, & honestarum Mulierum, quæ spreta seculi vanitate Altissimi obsequiis sese, sub suavi Religionis jugo manciparunt regimini, & directioni opportunis rationibus consulere satagamus, prout matura consideratione prævia conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Du-

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1603. Idibus Novembris expeditas Literas Monasterium nunc Incarnationis nuncupatum Parisien. Monialium Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Excalceatarum nuncupatarum sub reformatione S. Teresiæ, primum instituti hujusmodi in Regno Franciæ, sub certis modo, & forma tunc expressis perpetuo crexit, & inflavit; Ac idem Monasterium sic erectum, ejusque Abbatissam, Conventuum, & Moniales, Rectores, Officiales, Ministros, Servientes, & Personas, necnon bona universa ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, subjectione, & potestate pro tempore existentis Episcopi Parisien., seu illius Officialis, aut Vicarii in spiritualibus generalis, necnon Protectorem, ac Generalium, & Provincialium, Ministrorum, aliorumque Prælatorum, & Superiorum Ordinis Fratrum mitigatorum ejusdem B. M. V. de Monte Carmelo in spiritualibus, & temporalibus penitus, & omnino itidem perpetuo exemit, & liberavit, ac sub B. Petri, & Sedis Apost., atque sua, & pro tempore existentis Rom. Pont. protectione, & inviolabili conservatione suscepit; ipsumque Monasterium sic erectum visitationi, correctioni, obedientiæ, superioritati, & omnimodæ Jurisdictioni in eisdem spiritualibus pro tempore existentis Commissarii Gen. Ordinis FF. Discalceat. seu Reformat. nuncupat. B. M. de Monte Carmelo, & donec illius regula reformata hujusmodi in memorato Regno Franciæ, ubi nullum adhuc eatenus virorum Monasterium sub ea militare reperiebatur, recepta, & introducta foret, pro tempore existentis Prioris Gen. Ord. Carthusien., cum diversis facultatibus, necnon curæ, gubernio, regimini, & administrationi trium Presbyterorum in eisdem Literis nominatorum quoad temporalia cum diversis itidem facultatibus respective subjecit, & alias prout in dictis Literis uberius continetur. Postmodum vero rec. mem. Paulus PP. V. itidem Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 9. Sept. 1606. expeditas Literas, cum accepisset prædictum Priorem Gen. Ord. Carthusien. vigore Decreti in Capitulo Gen. ejusdem Ord. editi omni hujusmodi recusasse, tunc existenti in prædicto Regno Sedis Apost. Nuncio, ut singulis trienniis donec aliud ab ipso Paulo Prædecesore, & Sede prædicta mandatum foret, etiam si dicti FF. Carmelita Discalceati tunc forsitan Parisiis, vel in aliis Civitatibus, seu locis Regni prædicti Conventus obtinerent, vel in posterum assequerentur, unum Sacerdotem ex duobus sibi nominandis, ac præsentandis per prædictos Administratores in Visitatorem dicti, & aliorum Monasteriorum Monialium Carmelit. Discalceat. in dicto Regno Franciæ, erectorum, vel in posterum erigendorum deputare, ac illum sic deputatum suo arbitrio, & infra triennium revocare,

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

ac finito triennio ad aliud triennium, non tamen ultra, confirmare posset, facultatem concessit, Visitatorique hujusmodi super visitatione Monasteriorum prædictorum, certas facultates attribuit. Et successive idem Paulus Prædecessor cum Paulo ante Congregat. Cleric. Oratorii nuncupatam deputato in illius Præpositum Generalem bon. mem. Petro dum vixit S. R. E. Card. de Berulle nuncupat. tunc in minoribus agente erexisset, Congregationemque prædictam ex Presbyteris pietate, & doctrina conspicuis, atate gravibus, zeloque erga Religionem Catholicam, & Sedem Apostolicam præstantibus compositam esse, & uberes fructus in Vineâ Domini producere accepisset, revocata quam prius Nuncio prædicto tribuerat deputandi Visitatorem Monasteriorum prædictorum facultate, primordium, cæteraque Ordinis Carmelitanarum Excalceatarum Monasteria in Regno Franciæ constituta hujusmodi tam eatenus erecta, quam ex tunc perpetuis futuris temporibus erigenda curæ, visitationi, correctioni, & Superioritati dicti Petri, ac pro tempore existentis Præpositi Gen., qui hujusmodi Monasteria, eorumque Superiores, Abbatissas, seu Priorissas, ac Moniales, & alias personas in eis degentes visitare posset, & valeret ad Sedis Apostolicæ beneplacitum subjecit, & supposit per alias suas pariter in forma Brevis die 17. Aprilis 1614. emanatas, quas, necnon omnia, & singula in eis contenta subiunde, cum cl. mem. Ludovicus tunc temporis Francorum Rex Christianissimus ei exponi fecisset dictum Petrum regimini, & gubernio Monialium prædictarum (cum multo illarum spirituali fructu, ac Christianissimorum ædificatione vacavisset) approbavit, & confirmavit, & alias prout in ipsius Pauli Præd. Literis desuper etiam in forma Brevis die 14. Martii 1620. expedit. plenius continet. Post hæc autem præ me: Urbano PP. VIII. etiam Prædecessori nostro pro parte Abbatissarum, seu Priorissarum, & Monialium prædictarum, inter alia exposito, quod quondam Carolus de Condren. memorati Petri in Officio Præpositi Gen. Congregat. Oratorii hujusmodi Successor de consensu Presbyterorum dictæ Congregat.; & in eorum Comitibus Generalibus, se munus Visitatoris prædictarum Monialium Monasteriorum exercere nolle, seque eidem pro se, omnibusque suis Successoribus dictæ Congregat. Præpositis Gen. renunciare declaraverat, idem Urbanus Prædecessor supplicationibus dictarum Abbatissarum, seu Priorissarum, & Monialium nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, tunc existentis suo, & Sedis præfate in Regno hujusmodi Nuncio, ut singulis trienniis aliquem Presbyterum secularem atate gravem, ac vite, & probitatis spectate ex duobus sibi per Presbyteros Administratores nominandis, & præsentandis in Visitatorem quorumcumque Monasteriorum Monialium Carmelitanarum Discalceatarum hujusmodi in dicto Regno eatenus

D 2 cre-

erectorum, & deinceps erigendorum deputare, ad deputatum arbitrio suo, & infra triennium revocare, ac finito triennio ad aliud triennium, & non ultra confirmare (prout ante prædictas Pauli Prædec. Literas die 17. Apr. 1614. emanatas fieri consueverat) valeret, ita quod in ejusdem Nuncii absentia, ille qui a Nuncio deputatus foret usque ad Successoris Nuncii adventum supplere posset, & deberet, facultatem concessit. Visitatori autem, sicut præfertur, deputato quæcumque Monialium prædictarum Monasteria in toto Regno supradicto erecta, & in futurum erigenda, eorumque Superiores, Abbatissas, seu Priorissas, & Moniales, cæterasque personas in eis degentes visitandi facultatem sub certis modo, & forma tunc expressis impertitus est. Et subinde eidem Urbano Prædecessori pro parte dictarum Abbatissarum, seu Priorissarum, & Monialium, Monasteriorum prædictorum iterum exposito, quod attentis ipsorum Monasteriorum tam eatenus erectorum, quam in posterum (Deo dante) erigendorum numero, eorumque ab invicem distantia, unus dumtaxat Visitator, sicut præmittitur, deputandus Visitacionem singulorum Monasteriorum hujusmodi per se ipsum supplere nequibat: ipse Urbanus Prædecessor illarum supplicationibus sibi humiliter porrectis pariter inclinatus memorato Nuncio unum, vel duos alios tantum eorumdem Monasteriorum Visitatores, prout necessarium fore judicavisset modo, & forma, ac cum facultatibus in prioribus suis Literis expressis, & contentis arbitrio suo deputandi facultatem concessit, & alias prout in binis ipsius Urbani Prædecess. Literis unis die 11. Apr. 1632. & alteris die 29. Januar. 1633. respectively in simili forma brevibus desuper expeditis uberius continetur.

§.3. Cum autem, sicut a Ven. Frat. Coelio Archiep. Casareo nostro, & Apost. Sedis in Regno prædicto Nuncio Nobis nuper delatum fuit, licet memorata Monasteria Monialium Carmelit. Excalceatar. secundum Reformationem S. Terefiæ in Civitate Parisien., & in universo Galliarum Regno hujusmodi hætenus erecta, & in posterum erigenda visitationi, correctioni, superioritati, ac omnimoda jurisdictioni visitatorum auctoritate hujus Sedis Apost. ab ejus Nunciis pro tempore in eodem Regno existent. deputatorum, & deputandorum juxta formam prædictarum Literarum Clementis, & Pauli, ac Urbani Prædecessorum nostrorum occasione erectionis, & propagationis, regiminis, & directionis Monasteriorum Ordinis hujusmodi in eodem Regno respectively emanatarum subiaceant, & subiacere debeant; nihilominus dilecti filii Rectores, Superiores, & Administratores dictorum Monasteriorum jus ea visitandi saltem cumulative cum Visitatoriibus deputatis ad se spectare prætenderint, prout in quibusdam ex eis de facto visitare præsumperunt; Hinc est, quod Nos prosperiori Monasteriorum præ-

dictorum statui, ordinique earumdem Monialium tam in spiritualibus, quam in temporalibus incremento quantum Nobis ex alto conceditur consulere, & ut Administratores prædicti deinceps se intra concessæ sibi auctoritatis limites, ut par est, contineant, regularisque disciplina firmissime, & diutius in eodem ordine vigeat providere volentes, ac prædictarum Literarum Apostolicarum tenores, & datas etiam veriores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & verbatim insertis habentes, de Ven. F. nostrorum S. R. E. Card. negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui eandem Literas Apost. ac memorati Nuncii relationem hujusmodi, necnon Literas dilectæ in Christo filiarum Priorissæ Monasterii Oppidi de Ponthoisse in favorem dictorum Rectorum ad Nos datas viderant, & diligenter examinarunt, ac totum negocium attente, & mature discussurunt, consilio, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nullum jus, nec etiam cumulative prædictis Rectoribus, & Administratoribus, seu Superioribus competere visitandi hujusmodi Monasteria tenore præsentium decernimus, & declaramus, atque ita deinceps omnino, etiam sub Ecclesiasticis censuris servari mandamus. Præterea Visitatorum memoratorum Monasteriorum Monialium nominationem deinceps ad eorumdem Monasteriorum Administratores non pertinere; Visitatores autem Monasteriorum hujusmodi, incipiendo a modernis, qui sunt dilecti filii Petrus de Berulle in Sacra Theologia Magister Monasterii de Ponnoy, sive de Pontelenio Abbas Commendat. die 25. Junii 1657., ac Ludovicus de la Rochechouard de Chandener, Abbas de Torneu, die 2. Aug. 1658. a prædicto Celio Archiepiscopo Nuncio confirmati, quorum hic quidem bon. mem. Francisci, dum vixit, S. R. E. de la Rochefoucault nuncupati; ille vero memorati Petri Card. respectively Nepotes, ac ambo spectatæ vitæ, & probitatis Sacerdotes existunt, perpetuos fore, quemadmodum Rectores, & Administrat.

§.3. Ad hæc dictorum Visitatorum numerum ultra duos augeri non posse, neque etiam minui; sed ipsos Visitatores, ut possint supervenientibus occurrere necessitatibus, delegandi ad tempus biennii, vel triennii ad summum eorum auctoritatem, & potestatem pro quorundam Monasteriorum visitatione uni, vel pluribus Sacerdotibus vitæ irreprehensibilis ab eod. Nuncio similiter approbandis facultatem habere.

§.4. Præterea quod uno, ex Visitatoribus perpetuis hujusmodi recedente, vel decedente, alter superstes alium vitæ probatæ virum in Sacro Presbyteratus Ordine constitutum infra trimestre, vel semestre a die recessus, vel decessus computandum Nuncio prædicto, ut ab eodem in Visitatorem deputetur, & confirmetur, nominare possit, & debeat, ita tamen, ut non possint

Nullum jus administratoribus visitandi Monasteria, nec etiam cumulative competere S. Pontifici declarat.

sint Visitatores hujusmodi successive, & immediate ex eodem Collegio, Congreg., Ord. Communitate, Societate, aut corpore particulari assumi, aut nominari, & deputari; Quodque, si nominatio hujusmodi per Visitatorem superstitem intra semestre, ut supra, præfixum facta non fuerit, aut si aliquando contingat Visitatores prædictos simul, vel alterum superstitem non facta alterius nominatione recedere, vel decedere, tunc illorum, seu alterius respectively deputatio ad dictum Nuncium, & casu quo Nuncius non adesset, ad hanc Sedem devolvatur, statuimus, & ordinamus.

§.5. Decernentes easdem præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis &c., aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetratum, vel etiam motu simili concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentibus literas semper firmas &c. sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices &c. definiti debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus sunt, vel dici quomodolibet possunt contraria prædictis Clem., ac Pauli, & Urbani Prædecessorum literis, & aliis præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ord. Congreg., & Monasteriorum hujusmodi, & aliis quibusvis &c. ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus &c. in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis &c. specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis manu &c. eadem profus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ ipsismet præsent. adhiberetur, si forent exhibitæ &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pif. die 2. Octobris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLXI.

Declaratio Apostolica pro Universitate Studii Generalis Complutensis, ut deinceps in licentiis Theologiæ non ferant votum, nisi illi Doctores, qui vel per sex menses continuos ante dictum votum, ferendum præsentibus in dicta Universitate adfuerint, vel saltem adfuerint præsentibus quatuor actibus singulorum concurrentium ad licentias ex iis, quos pro licentia obtinenda facere debent.

De hoc Collegio vide supr. Const. 254. & 255. hujus Pontificis.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. Nuper pro parte dilectorum Filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Stu-

dii gen. Computen. Nobis expositum fuit, quod per statuta dictæ Universitatis Sedi Apost. immediate subiectæ dudum a bon. mem. Francisco dum vixit S. R. E. Cardinale Ximenez de Cyneros nuncupato, Ecclesiæ Toletanæ ex concessione, & dispensatione Apost. Præsule, auctoritate fel. rec. Alexandri Papæ VI. Prædecess. nostri condita, Cap. 44. 45. 46. & 47. inter alia cavetur, quod omnes Doctores Theologica Facultatis ejusdem Universit. actibus Theologicis, quos illi qui ad Baccalaureatus, & subinde ad licentiæ gradus in eadem Theologica facultate aspirant, octo numero successive obire debent, interese, & in illis arguere, seu argumenta proponere teneantur, quodque iidem Doctores per cedulas secretas ex Baccalaureis formatis primum licentiæ gradu insigniendum habendo principaliter respectum ad sufficientiam litterarum, deinde secundum, postea tertium, & sic deinceps similiter eligere debent, & alias prout in eisdem statutis uberius dicitur contineri.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, sæpe nonnulli Doctores prædictæ Theologiæ facultatis, qui Compluti non resident, in electione licentiæ gradu insigniendorum prædictum votum habere prætendant, licet sufficientiæ Baccalaureorum cognitionem non habeant, quippe qui prædictis eorum actibus non interfuerint, nec contra eos argumenta proposuerint, imo nec Compluti quidem tempore actum hujusmodi refederint: Nobis propterea d. exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. harum, serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: ut deinceps in ejusmodi licentiis Theologiæ non ferant votum, nisi illi Doctores, qui vel per sex menses continuos ante dictum votum ferendum præsentibus in dicta Universitate adfuerint, vel saltem adfuerint præsentibus quatuor actibus singulorum concurrentium ad licentias, ex iis quo pro licentia obtinenda facere debent, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus, & ordinamus.

§.3. Decernentes pariter easdem præsentibus literas semper firmas, &c. inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiti debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictis, & aliis quibusvis memoratæ Universitatis etiam juramento &c. in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus

Motiva.

Decretum irritans.

Contraria tollit.